

Valentinianus Tuscus an. I mens. V dies IX, sepultus ad sanctum Petrum.

Ann. DC IV Ind. VII.

Bonifacius III Romanus mens. VII dies XXVII, sepultus ad sanctum Petrum.

Iste constituit presbyteros monachos baptismum et poenitentiam omnibus firmiter et fideliter posse largiri.

Ann. DC VI Ind. IX.

Bonifacius IV Marsicanus an. VI menses VIII dies XIII, sepultus ad sanctum

Petrum. Iste a Phoca Caesare obtinuit Romae templum Pantheon, quod consecravit in honore sanctae Mariae et omnium sanctorum. Ann. DC VIII Ind. X.

Leusdedis Romanus an. III dies XX, sepultus ad sanctum Petrum.

Iste constituit, ut mulieres, quae proprios filios de baptismo susceperunt, nunquam iungantur priori marito, sed post annum recepta dote alium virum accipiant et vit uxorem aliam ducat.

Bonifacius V Campanus an. V mens. X dies XV, sepultus ad s. Petrum.

Hic sub anathemate interdixit, ut nullus de ecclesia aliquid rapiat. Ann. DC XVI Ind. IV.

Honorius Campanus an. XI mens. XII dies XVII, sepultus ad s. Petrum.

Iste constituit omni sabbato a sancto apollinare ad sanctum Petrum procedere cum litanis. Ann. DC XXI Ind. IX.

Leovericus Romanus mens. II dies IV, sepultus ad sanctum Petrum.

Istius tempore crucem domini Heraclius Hierosolimas de Perside reportavit. Ann. DC XXXIII Ind. VI.

Iohannes Felmata an. I mens. IX dies XX, sepultus ad sanctum Petrum.

Iste distractis thesauris ecclesiae multa millia hominum per Histriam et Felmaticam a barbarorum damna liberauit.

Ann. DC XXXV Ind. IX.